

This image shows a vertical strip of aged, brownish-tan paper. The right edge of the strip features a decorative border composed of numerous small, torn, and overlapping pieces of paper, creating a textured, layered effect. The rest of the strip is plain, showing signs of age and wear.

A vertical column of 18 small, irregularly shaped pieces of brownish material, possibly dried plant fragments or artifacts, arranged in three distinct groups. The top group contains six pieces, the middle group contains five pieces, and the bottom group contains seven pieces. The pieces are roughly rectangular or elongated with irregular edges and varying shades of brown.

This image shows a vertical strip of aged, light brown paper. A red margin line runs along the right edge. On the paper, there are several horizontal rows of dark brown, irregularly shaped marks, which appear to be remnants of ink or tape. A small, torn piece of paper is visible near the top left edge.

This image shows a vertical strip of aged, yellowish-brown paper. At the top, there is a large, stylized red character, possibly a 'G' or a 'B'. Below this, the paper features several brown, textured shapes arranged vertically, resembling scales or leaves. The bottom portion of the strip ends with a red vertical mark.

This image shows a vertical strip of aged, yellowish-brown paper, likely from an old book cover or endpaper. The paper has a textured, slightly mottled appearance. Along the right edge, there is a decorative border composed of repeating, stylized leaf or pine cone motifs, rendered in a darker shade of brown or tan. The overall effect is that of a traditional East Asian or Japanese-style book binding.



ov nicht in der

40

U. q 77, 9

2

DISPUTATIO JURIDICA
De
ACTIONIBUS

PRIMA,

Quam

In nomine Dn. nostri Jesu
CHRISTI

*Permissu Magnifici, Nobilissimi & Amplissimi Collegii
Juridici in Academia Salana,*

SUB PRÆSIDIO

VIR Amplissimi, Excellentissimi & Consultissimi

DN. VALENTINI RIE-
MERI, JCti ET ANTECESSORIS CELEBERRIMI,
CONSILIARII SAXONICI DIGNISSIMI, ET SCABINATUS
Jenensis gravissimi, Præceptoris, Fautoris ac Promoto-
ris sui omni debito observantiae cultu
ætatèmsuspiciendi,

Publico examini exponit

CAROLUS vom Hagen MEGAPOL.


*In Auditorio Factorum horis anteme-
ridianis.*

Ad diem 11 Maij.

JENÆ
TYPIS ERNESTI STEINMANNI,

ANNO M DC XXXIII.







PRÆLOQUIUM.



Ulm difficile sit, ut bono peragan-
tur exitu, quæ malo inchoata sunt principio,
& ubi CHRISTUS non est fundamentum,
nullum boni operis sit ædificium. c. Principa-
tus. c. cum Paulus. i. q. i. Benè autem universa-
gerantur & competenter, si rei principium
fiat decens & amabile Deo. Nov. 6. in fin. princ. Itaq; exemplo
D. Justiniani, qui in nomine Domini nostri JESU CHRISTI,
ad omnes actus omniaq; consilia sua semper progredi, seu ipse
dicit in l. 2. C. de offic. præf. Præt. Afr. l. 2. in princ. C. de vet. jur.
enucl. novas Constitutiones suas exordiri solitus est, sicut li-
quet ex d. l. 2. C. de vet. jur. enucl. Constitut. de conform. Digest. &
de confirm. Inst. & §. 1. de confirm. Justin. Cod. Novell. 80. 85. 109. &
aliis, more Christiano hic in Collegii nostri publici de Actioni-
bus vestibulo, ad immortale præsidium respicientes, summo
Numine prono invocato animo, DEUM authorem & totius
Collegii summum Directorem ac Præfulem fieri suppliciter
exoptamus. d. l. 2. C. de vet. jur.

THEISIS I.

OMNE autem jus nostrum, quo utimur, vel AD PERSONAS, quibus redditur & quarum causa constitutum est. l. i. & 2. D. de stat. hom. vel AD RES, easq; vel acquirendo, vel conservando, vel minuendo, de quibus redditur & con-
stitutum est. l. ult. D. de ll. vel ad ACTIONES pertinet, per quas
seu per causam instrumentalem & judicia jus suum cuique
reditur, quæ hoc nomine & hunc in finem constituta sunt. l. 14. C. de Jud. & Cœlic. Wesenb. ad § ult. Inst. de f. N. G. & C. & in
Oeconom. sua Jur. p. mihi 4. Rittersb. ibid. Bachov. in tract. suo de
action. Disp. 1. th. 7. Treutl. vol 1. d. 2. th. 1. & ad eum Dn. Hunn. qui
recte è magis hanc distributionem ab objectis desumptam,

A 2

reti-

retinendam proq; legitima habendam dicit, quod non solum Digestis, tanquam sententia Gaij sit inserta, verum etiam denuò à D. Justin. in d. §. ult. Inst. tanquam verissima fuerit repetita: ut non adeò hæc ratio, idque propter §. 6.. proœm. Inst. pro nulla sit exclamanda à Bachov. d. l. Nec est, ut hic multùm studeamus dichotomiæ, quæ non æque hic videtur congrua vel juris objectis conveniens, si res potius sectemur, quam rerum cortices. Bachov. d. loc. Vult. i. f. R. c. 4. Donell. i. com. c. 1.

2. His enim tribus, tanquam fundamentis, seu tribus columnis, totum sanctissimum justitiæ templum innititur & inædificatum est. §. 5. Const. de concept. D. l. 2. §. 20. C. de vet. jur. enucl. Rittersh. ad princ. Inst. de act. Ut cuilibet facile horum objectorum utilitas, etiam jura à limine salutanti in oculos incurrat, nec ulla commendatione indigeant. arg. l. 1. D. de rest. in integ. imò frustra sit, quicquid rei satis demonstratæ additur, secundūm fCtum Ulpianum in l. 1. §. pen. D. de dot. præl. Et quidem inter illa Principem locum obtinet ultimum, seu Actiones, sine quibus omnem juris disciplinam mancam æque ac inutilem esse qui non videt, talpâ cœcior est, dum hæ omnem juris obtainendi rationem continent. Per has enim effectum priorum duorum & omnium illorum, quæ de jure personarum vel rerum longè lateq; in jure nostrō dispersa sunt, consequimur. arg. l. 2. §. post originem 13. D. de O. f. Proinde ne vel contra præscriptum Ulpian. in d. l. 1. de integ. rest. l. 1. §. pen. d. t. & ne solem facibus illustremus c. si omnia. 6. q. 1. vel contra præceptum Pauli in l. legavi. 25. in princ. de lib. leg. aliquid committere videamur, priora duo Juris objecta suo loco hac vice relinquentes, ultimum, quod est de Actionibus, tanquam juris remedium, quo nostra consequimur, & tanquam materiam quotidianam fusiùs in hac & subsequentibus disputationibus posthabitis ulterioribus commendationibus pertractabimus. d. l. 25. & aliis dd. ll. Schneid. ad princ. Inst. de Act.

3. ACTIONIS verò verbum, ab agendo ductum, ut nominis prior habeatur ratio, monente Ulpiano in l. 1. de f. & f. l. 1. de reb. cred. l. 1. de Novat. Paulo in l. 1. §. 1. D. de tut. generaliter, etiam EXTRA JUS NOSTRUM vulgari modo pro omni opera-

operatione & actu, sive animi, sive corporis sit, uti in prædicamento actionis sumitur. Hinc Cic. in offic. virtutis laudem omnem in actione consistere dicit, idq; probat l. Labeo 19. de V. S. ibid. Gædd. num. 5. l. 34. de R. J. l. 2. D. de solut. l. sciendum est 30. & l. 34. §. 18. D. de V. O. IN JURE VERÒ NOSTRO, in quo actio aliquando dicitur JUDICIUM. l. 1. & passim t. t. C. & D. famil. hercisc. comm. divid. §. 20. 29. 30. Inst. de Act. l. 13. §. 1. de minor. l. 4. §. fin. l. 8. & 10. fin. regund. l. si longius. §. filius fam. de judic. PERSECUTIO, in princ. Inst. de except. Petitio in l. 178. §. 2. de V. S. & passim. Interdum l. 1. l. litis 36. de V. S. & ibid. Gædd. nonnunquam CONVENTIO l. si homo 45. de R. V. l. 7. §. 1. & 5. C. de præsc. 30. ann. sæpè INTENTIO l. 66. de judic. l. 9. §. 6. ad exhib. l. 1. princ. si mens. fals. mod. l. 9. de except. nec non FORMULA CERTA ET CONCEPTIO VERBORUM, qua JC. vel Prætores modum agendi in singulis causis præscribebant, quam formulam præcisè & exactè tenere oportebat, nisi quis causâ cadere vellet. l. 2. §. deinde. 6. de O. J. princ. Inst. de interd. l. si servus 42. de furt. Ulpian. in frag. tit. 19. §. 15. Cic. in Orat. pro Q. Rosc. & denique MOTUS, in l. 3. vers. & nemo. C. de quadr. præsc. Similiter actionis vocabulum sumitur IN GENERE, pro judicialibus jurgiis ac contentionibus forensibus, sed non eodem modo: Nam aliquando accipitur LATE, ut suo ambitu complectatur, exceptiones, præscriptiones, præjudicia. l. 1. de except. l. 19. de probat. l. 37. de O. & A. item accusations & criminalia judicia. l. unic. C. quand. civ. act. crim. præjud. arg. l. 4. C. de edend. l. 1. & 2. D. de crim. stell. l. pen. si ex noxal. caus. agat. Nonnunquam STRICTUS, pro actione tam in rem, quæ in specie Vindicatio & Petitio, quam in personam, quæ condicatio dicitur. §. 1. §. appellamus 15. Inst. de act. l. actionum 25 l. actionis 37. de O. & A. l. 178. §. 2. de V. S. persecutione extraordinaria. l. uotio- nis 34. ubi Gædd. de V. S. interdictis. d. l. 37. de O. & A. & pro im- ploratione nobilis officii judicis d. l. actionis. 37. eod. Et denique STRICTISSIME, pro actione personali tantum usurpatum. l. actio 28. de O. & A. d. l. 178. §. 2. de V. S. d. l. 34. eod. ibid. Gædd. In quibus posterioribus significationibus interdum sumitur pro ipso exercitio agendi, tanquam actu secundo. l. 12. D. de reb.

reb. cred. l. 1. de except. Forster. tract. Justin. part. 2. d. 1. th. 1. Bachov.
d. l. th. 8. & seqq. Rittersh ad princ. Instit. h.t. Heig. ibid. n. 5. & seqq.
Borch. ibid. in fin. princ. Wesenb. ibid. & in π. n. 10. de O. & A. Lind.
Exercit. Inst. 9. th. 2. Borch. in tract. de O. & A. p. 2. cap. 1. n. 2. Vult.
2. f. R. cap. 4. num 1.

4. In his novissimis acceptationibus acceptum vocabu-
lum ACTIONIS, pro subjecta hâc materiâ, deductum, uti
dictum AB AGENDO, quod cum aliquo agatur, das mit ei-
nem gehandelt wird & quidem coram judice, sive in judicio,
ut is tractationi effectum addere & invitum cogere possit. l. 3.
C. de transact. l. ut prætor. 3. de jurejur. princ. Inst. de except. non er-
gò eô modò ab AGENDO deducta est actio quod quondam
reus in judicium obtorto collo actus & tractus est uti vult.
Theophil. quod & recte dudum alii rejecerunt Bachov. Disp. 1. de
Act. Hoc tamen interim tentare liceat, an non actio & age-
re hic sit perinde atq; ADIGERE & COGERE, ADACTIO
& COACTIO, à potiore vel potissimô sui fine & effectu,
quem habet vel habere aut intendere saltem debet, Atq; ita
accipi voculam actionis & agere, ut comprehendat omnes
actiones, tam in rem, quam in personam, directas, utiles, tam
civiles, quam criminales, extraordinarias & implorationes
officii judicis, atq; ita quævis remedia, quæ actionum instar
obtinent, earumq; loco proponuntur. dd. supra II. l. pecuniae 178.
§. actionis 2. d. l. actionis 34. ubi Gædd. d. V. S. d. l. 25. & 37. de O. &
A. l. ult. C. de hered. vel act. vend. l. pen. D. si ex nox. act. ag. l. 1. de
except. l. 19. de prob. l. unic. C. quand. civ. act. crim. prejud. l. 43. D.
ad L. Aquil. l. 3. de mort. inf. l. 1. C. si per vim vel al. mod. l. 39. §. est &
casus. D. de procur. l. 1. §. idem Pomponius 6. D. de dol. mal. l. in cause
16. in princ. D. de min. 25. ann. c. X. de off. judic. nihil aliud est.
**ACTIO, QVAM IUS PERSEQUIENDI IN JUDICIO, QVOD
SIBI DEBETUR.** Definitore Just. in princ. Inst. de act. Celso in l.
51. de O. & A. d. l. 178. § 2. & 3. de V. S. Dn. D. Kremberg. in comm.
suo de act. num. 4. 5. 11. & seqq. Rittersh. d. l. Heig. d. l. Schneidv. d. l.
num. 18. & 19.

5. Quæ definitio bona nec mutila non immoritò ab Har-
precto ad tit. Instit. de act. num. 8. dicta, constat suo genere ac dif-
feren-

ferentiis. Generis enim vicem obtinet vocabulum JURIS, per quod etsi non incommodè possit intelligi per metonymiam causæ efficientis, pro effectu, facultas & potestas agendi jure concessa & attributa. l. i. D. de eo quod cert. loc. l. 6. in fin. de negot. gest. Magnif. Dn. Arumæus Exercit. Justin. 18. th. i. Harpr. d. l. n. 10. Borch. d. tract. de act. c. i. n. 12. Schneidv. d. l. n. 18. Heig. d. l. num. 10. Donell. 19. comm. c. 1. Bachov. d. l. th. 11. lit. a. & 25. Rittersh. d. l. Wesenb. in π. n. 10. de A. R.D. quemadmodum in definitione ususfructus, l. i. de usufr. princ. Inst. eod. ibid. Dd. itineris, actus, via. l. i. D. de S. P. R. & princ. Inst. de S.R. & V.P. Commodius nobis tamen, salva tantorum virorum autoritate, videtur, accipiendum pro formula, seu ipsa potius agendi causa, seu tota intentione actoris, cum Dn. Lindem. d. l. th. 2. Forst. d. p. 2. Disp. 1. th. 1. lit. b. Wesenb. in π. C. de form. & imp. subl. n. 3. Dn. Hunn. lib. 4. resolut. ad Inst. q. 4. Cujac. ad princ. Inst. de Act. Ulpian. in frag. tit. 20. §. 15. arg. l. pure §. final. D. dol. mal. & met. except. l. 42. D. defurt. Quæ formula olim erat solennis quædā conceptio, primū à Pontificum collegio, deinde à Prætore impetrata, d. l. 2. §. deinde ex his D. de O. f. Quibus licet formulis actionum solennibus & captiosis aucupatione syllabarum insidianibus, hodie sublati, l. i. & 2. C. de form. & imp. subl. l. ult. C. qui adm. ad bon. poss. l. 15. C. de test. l. 21. C. de legat. ideo non necesse sit, nomen certum exprimere. c. dilecti. X de judic. Wesenb. cons. 3. n. 30. Jus tamen ipsum agendi mansit, & certa actionis causa in libello exprimenta est. d. c. dilecti, ubi Panorm. l. non quemadmodum. D. de judic. Zafius ad §. omnium. n. 11 Inst. h. t. Gail. 1. obs. 61. Schneidv. ad §. 1. num. 6. & 7. Inst. eod. Idque probant in distributionibus per t. t. formulæ actionum propositæ, & quoniam hæc definitio hæc à Justin. repetita f. Cti Celsi sit in l. 51 de O. & A. qui vixit ante Imper. Constant. Forster. d. loc. Aliter autem hanc voculam interpretatur Dn. D. Kremberg. d. tr. ad princ. Inst. h. t. n. 8 Hillig. in Donell. Encl. d. c. 1. lit. d. Bachov. d. tract. th. 25. Quarum formularum in locum hodiè successerunt libelli supplices, qui pro extrahendis processibus aut mandatis in Camera Imperiali exhiberi solent, in quibus nostro seculo tanta adhibetur scrupulofitas, ut fermè ad veterem formularum solennitatem processus



cessus rediisse videatur. Lindem. d. loc th. 3. Unde à Bachov. definitur libellus, quod sit congrua debiti apud judicem petitio, vel in judicium deductio, d. tr. th. 36. cuius legitima forma-
tio, quia ab instituto nostro abhorret, videatur apud illos, qui de processu Juris scripsere, uti apud Harpr. de process. Jur. Disp. 2.
th. 7. 8. & seqq. Arnold. de Reig. de process. d. 3. th. 1. & 5. Termin. de
process. cap. 20. & 24. Bachov. d. l. th. 37. 38. & seqq.

6. Estq; Jus PERSEQUENDI, ad differentiam exceptionis, quā non persequimur, sed potius nos tanquam clypeo à persecutione ejus, qui nos in jus vocavit defendimus & persecutio-
nes repellimus. Ut enim actiones sunt arma actorum, ita exceptiones arma reorum dicuntur. L. 2. D. de except. l. 22. eod.
l. 1. C. de Jur. & fac. ignor. §. in summa 10. in fin. Inst. de Injur. l. 8.
§. 1. ubi Gædd. n. 4. de V. S. PERSEQUVI autem, est eō usq; se-
qui, (metaphorā à feris fugientibus desumptā, § 12. & 13. Inst.
de R. D.) donec vel assequamur, sententiā scilicet judicis, quod petimus, aut eādem sententiā ejus obtinendi spes nobis præci-
datur; quorum alterum contingit REI CONDEMNATIO-
NE, alterum EIUS ABSOLUTIONE, l. 1. D. dere jud. Hinc
quemadmodum reorum proprium esse dicitur, FUGERE, l. pro-
perandum 13. §. et si quidem. C. de judic. l. 2. in princ. & §. 4. C. de ju-
rejur. prop. cal. dand. l. ult. in fin. princ. & §. 3. C. de bon. quæ lib.
Ita actorum, REUM PERSEQUVI, in eum irruere & quanta-
potest celeritate eum urgere, solutionem festinare, imò cum-
sacco ut dicitur adesse. l. 105. D. de solut. l. 21. D. de judic. d. § 10. In-
stit. de injur. Gædd. ad l. 3. num. 2. de V. S. Harpr. d. princ. n. 26. Rit-
tersh. d. princ. vers. persequendi verbum. Heig. ibid. n. 13. Forster. d. l.
lit. C. Bachov. ad princ. Inst. h. t. vers. jus persequendi, qui sibi con-
trarius in th. 25. d. tract. de act. in fin. ferè hac in parte videtur..
Ut ita constet, illud persequendi verbum generalius sumi, ut
non solum extraordinariis actionibus, olim in specie persecu-
tiones dictis, l. 178. §. 2. de V. S. uti hodiè omnes sunt, arg. §. ult. In-
stit. de interd. Bachov. ad d. princ. Inst. h. t. Verum etiam omnibus
actionibus, postulationibus, cautionibus prætoriis, damni in-
fecti, legatorum, petitionibus salariorum & similibus, quæ in-
star actionum obtinent, conveniat. d. l. actio. 28. de O. & A. l. pe-
cuniae

cunio. de V. S. l. hæreditas 50. in fin. de pet. hæred. l. qui per collusio-
nem 49. §. ult. D. de act. empt. Dn. Lindeman. d. l. th. 4. Harpr. d. l.
n. 27. Dn. Kremberg. h. t. n. 9. Bachoy. h. t. & alii. Cum definitio
generalis, omnibus speciebus communis esse debeat. l. i. §. &
generaliter. D. de legat. præst. l. in toto. 80. l. 147. D. de R. f.

7. Persecutio verò hæc IN JUDICIO facienda est, sci-
licet olim apud Judices arbitrosve, à Prætoribus judiciis exer-
cendis datos. Olim enim eo tempore, quo judices Pedanei ad-
huc dabantur, aliud erat IN JURE, aliud IN JUDICIO. IN
JURE propriè dicebatur fieri, quæ apud prætorem ipsum fie-
bant, antequam ad Judicem Pedaneum ibatur. Hic enim a-
ditus, regulariter propter magistratus dignitatem non ipse ju-
dicabat, nisi singulari personarum aut causarum favore & ex-
tra ordinem. l. i. §. 2. D. de R. V. l. Æmilius. 38. circa med. D. de mi-
nor. 25. ann. l. i. & t. t. D. de extraord. cogn. l. si prætor. 75. D. de jud. l.
sæpe 8. l. generaliter 9. D. de off. præf. l. si quis missus 3. D. ne vis fiat.
sed de præparatoriis quibusdam tantum cognoscebat, de jure
scilicet agendi, an scilicet actio competeret, & si competeret,
formulam præscribebat & partes ad judices datos mittebat.
l. i. §. verba. 1. ibi judicium dabo. D. de dol. mal. l. pertinet. 2. §. ait
Prætor. 1. D. de cap. dimin. l. i. depos. l. i. mand. Vult. discept. schol.
c. i. mihi pag. 13. 14. & seqq. qui dicebantur Judices PEDANEI,
t. t. C. de ped. Judic. l. quod si servus. 3. §. si quis. D. ne quis eum, qui in
jus voc. interdum SPECIALES. l. final. D. de off. Præt. l. 5. de off.
Præf. Item DATI, l. judex datus 46. D. de judic. l. à judice 5. C. eod.
DELEGATI, l. unic. C. qui pro sua jurisd. t. t. D. de offic. deleg. de-
nique ARBITRI, in judiciis bonæ fidei, præsertim divisoriis.
l. fundus 39. & passim t. t. D. & C. famil. hercisi. l. à D. Pio 15. in pr.
D. de re jud. qui nullam jurisdictionem, sed tantum notionem
habebant & judicationem, arg. l. ait 5. in princ. l. à Diyo. 15. de-
re jud. Hodiè verò, postquam Imp. Diocletiano & Maximi-
niano, in quibuscunq; causis dari judices displicuit, l. 2. C. de
ped. jud. & necessitas cognoscendi ipsis magistratibus imposita
est, vel aliis ordinariis constitutis judicibus. Nov. 82. & propter
ea his verbis promiscuè, in jure, sive in judicio utimur, quo
etiam respiciens Justin. omnia judicia suo tempore extraordi-

B

naria



naria fuisse, dicit in d. §. ult. Inst. eod. illa persecutio in loco so-
lemni judicij, coram legitimo magistratu, seu judice compe-
tente legitimo modo & ratione instituenda est, ne quis privatâ
autoritate quod sibi debetur à debitore extorqueat, & ita sibi
ipſi jus dicat. l. si quis in tantum 7. C. unde vi. l. exstat. 13. D. quod
met. caus. l. pen. & ult. D. de vi priv. §. 1. Inst. de vi bon. rapt. l. unic.
C. ne quis in sua caus. Dd. comm. hic Vaud. lib. i. quæst. 13. Coler. in
præf. de process. Execut. n. 10. & seqq. Donell. 17. comm. cap. 2. & ibi
Hillig. Matth. Steph. lib. i. de jurisd. cap. 34. Non enim est singulis
concedendum, quod per Magistratum publicè debet fieri. l.
non est singulus 176. D. de R. J. ubi Philip. Dec. Johan. Ferar. & Phi-
lip. Matth. Sed ideò Judiciorum vigor, jurisq; publici tutela in
medio est constituta, ne quilibet privatus sibi ipſi sumat ultio-
nem. l. 14. C. de Jude. & Cœlic. Harpr. d. pr. n. 29. cur enim (inquit
D. Julianus) ad arma, ad rixam procedere patiatur Prætor,
quos potest jurisdictione suâ compescere l. 13. in fin. D. de usufr.
Hinc judicium nihil aliud est, quam legitima controversia;
quæ est inter Actorem & Reum apud competentem judicem
disceptatio, seu tractatio & dijudicatio. c. forus. 10. ibi dum di-
scutitur. X. de V. S. l. nulli 10. C. de judic. l. 13. D. ad S. C. Treb. l. negan-
tes. C. de A. & O. l. i. C. de execut. rei jud. l. i. D. de recept. qui arbr.
ret. l. 27. in fin. C. de Episc. & cler. Wes. in π. D. n. 5. C. de jud. n. 2.
Harpr. disp. process. i. th. 2. Arnold. de Reig. d. disp. i. th. 3. Heig. hic n. 20.
Donell. d. l. c. 3. & ibi Hillig. Dn. Kremberg. d. l. n. 10. & seqq. Bachov.
d. tract. th. 27. & ad princ. Inst. b. t. vers. in judicio.

8. Hoc tamen fallit in quibusdam casibus, in quibus ex-
tra judicium quis licet propriâ autoritate, privato suo jure &
arbitrio suum persequitur. Harpr. d. l. n. 28. Rittersh. d. l. Donell.
d. l. 17. comm. c. 2. ibid. Hillig. Schneid. d. l. n. 15. Menoch. remed. 5. re-
cup. poss. Jas. in princ. Inst. de act. n. 68. Bachov. d. tract. th. 26. In ca-
sibus scilicet necessitatis, ubi non leve subest damnum vel pe-
riculum, & deficiente auxilio Magistratus, tunc enim melius
est in tempore occurrere, quam post exitum vindicare, rescri-
bentibus, ita Imp. Valent. Theod. & Arcad. in l. i. C. quand. lic. fin.
jud. se vind. & melius est intacta jura sua servare, quam post
causam vulneratam remedium querere, Imp. Just. in l. ult. in fin.
littera

C. in

C. in quib. caus. restit. in integ. non est. Sic furem nocturnum vel
diurnum, vel agrorum depopulatorem, vel desertorem mili-
tiae & transfugam, vel famosum latronem propriâ aucto-
ritate apprehendere possumus. l. itaq; 4. cum l. seqq. D. ad L. Aquil.
l. i. & 2. C. quand. liceat unic. sin. jud. se vind. l. 3. §. ult. D. ad L. Cornel.
de sic. c. cum homo 23. q. 5. c. significasti. 18. in fin. de homicid. Bo-
cer. cl. 5. Disp. 1. th. 3. & seqq. Sic debitorem fugitivum vel de-
fuga suspectum. l. ait Prætor. 10. §. si debitorem. D. quæ in fraud.
cred. l. generali. 54. C. de decur. Gail. lib. 1. obs. 48. n. 14. lib. 2. obs. 44.
Mynsing. cent. 4. obs. 69. in fin. Sic servos nostros, liberos, uxores,
adeoq; omnes personas, quæ ad perpetuam obedientiam ob-
strietæ sunt propriâ auctoritate castigare possumus. l. serv. &
filii. 17. D. de furt. t. t. C. de emend. serv. l. 23. de usufr. l. 16. §. 2. de
pœn. & h̄c per gloß. & Schneid. d. l. n. 16. Harpr. d. l. Sic judici, tan-
quam judici illata injuria ab eodem recte vindicari potest. text.
in c. Saloniariæ dist. 63. c. 1. de pœn. in 6. l. illud ubi Ang. de appell. c.
de manifesta. c. manifesta 2 q. 1. l. ea quidem C. de accus. c. evidentia.
§. eod. Menoch. de arbitr. jud. quest. cent. 2. cas. 263. Gail. lib. 1. obs.
39. n. 1. Dn. Kremberg. d. t. n. 16. Dn. Lindem. d. d. th. 6. Rittersh. d. l.
Sic quod vi aut clam factum, vi aut clam amoliri licet. l. 7. §. 3.
l. 22. §. 2. quod vi aut clam. Ita injuriā verbalem retorquere, in-
de retorsiones non in usu tantum, sed & juri consonæ, da man
einem die aufgestossene Injuriem wieder in seinen Bussem vnd Ra-
chen stösset. l. 14. §. 6. de bon. libert. l. 9. de man. vind. l. 36. de fi-
deicom. libert. Schneid. ad §. 1. Inst. de injur. n. 12. Ita in reali injuria
verbēa verberibus justè pensantur, vel verberantem justè re-
verberare licet, & ita in genere vim vi repellere & injuriā
propulsare in continentis possumus. l. 1. §. 27. l. 3. §. 9. de vi & vi
armat. l. 3. de f. & Jur. l. 1. C. unde vi. l. 3. & 4. C. ad l. Cornel. de sic.
l. 45. §. 4. ad L. Aquil. Et denique in universum distingui oportet
inter viam facti & viam Juris. In illis ergò suprà allegatis,
ubi via facti, per jura, maximè si confessim & non ex inter-
vallo fiat, in ipsa lœsione concessa est, cuiq; permisum an ve-
lit hac vel illâ experiri, & potius in tempore occurrere, quam
post exitum vindicare. l. 1. C. quand. lic. sin. jud. se vind. l. final. C.
in quib. caus. in integ. restit.

¶ Persequimur autem in judicio, Qvod nobis debetur, scil. agentibus, non quod vel Reipub. quod accusationibus persequimur, t. t. Inst. & D. de publ. judic. Wesenb. hic Jaf. Schneid. Gœdd. in l. 178. §. 3. de V.S. vel alteri debetur. princ. Inst. tit. per quas pers. ager. poss. Uti enim quisq; ex suo vel Contractu, §. alteri 20. §. si quis alii. 3. Inst. de inut. stip. l. stipulatio ista 38. §. alteri. l. inter stipulantem 83. in princ. D. de V. O. l. quæcunq; 11. D. de O. & A. ubi Giph. l. 73. §. final. D. de R. f. vel delicto: cum pœnæ suos authores sequi debeant. l. sancimus 22. C. de pœn. non aliis vel tertius, quicunq; illi sint, quos recenset Gœdd. in tract. de contr. & comm. stipul. c. 10. concl. i. n. 2. obligatur: ita & sibi non alteri actionem acquirit. Gloss. & Dd. in d. l. quæcunq; 11. D. eod. Decius in d. l. 73. §. ult. d. R. f. ubi & Philipp. Matth. Quamvis autem verbum deberi propriè & strictè sumptum dicatur de eo, quod ex contractu & obligatione præstandum venit. l. 1. §. 6. cum ll. seqq. D. de const. pec. l. actionum genera. §. 1. l. actio. 28. D. de O. & A. l. scribit 34. in princ. D. de aur. & arg. leg. l. licet 42. §. ea obligatio 2. D. de procurat. Hoc tamen loco, secundum subjectam materiam & subjectam ab Imp. in §. 1. h. t. divisionem & totam seriem istius tit. verbum debendi latius sumitur, ut omnem omnino actionem comprehendere intelligatur, ut ait J.C. Ulpian. in l. 178. §. final. D. de V. S. pro omni scilic. eo, quodcunq; vel obligationis vel dominii jure nobis petere vel exigere jure permittitur. l. 108. & d. l. 178. §. final. eod. l. 19. §. 1. de jurisd. l. stipulatio 76. §. final. D. de V. O. l. 1. D. de compens. l. circa 66. D. ad L. Falcid. l. 6. de R. V. l. 2. §. item Varus D. de aq. pluv. arc. §. item si Inst. de except. l. ita stipulatus. §. final. D. de V. O. l. 10. 11. & 12. de V. S. ibid. Alciat. & Gœdd. l. 5. §. ult. l. 41. de pecul. l. arbor. 19. §. 2. comm. divid. l. ult. C. de comp. l. unic. §. igitur. C. de rei uxor. act. Quippè & quod nostrum est, eatenus debetur, ut restituatur, possessio enim debetur. l. 15. §. 1. l. 44. D. de cond. indeb. l. 9. l. 68. de R. V. d. l. unic. C. eod. Wesenbec. ad princ. Inst. h. t. lit. g. Bacchov. Heig. n. 25. Schneid. ibid. n. 18. Harpr. n. 32. Forster. d. p. 2. d. 1. lit. e. Borch. in tr. de act. c. 1. n. 13. Vult. d. discept. l. & lib. 2. f. R. c. 4. n. 2. Magnf. Dn. Arum. d. exercit. 18. th. 1. Coras. lib. 6. misc. cap. 5. Dn. Hunn. resolut. Inst. lib. 4. p. 2. q. 3. Bacchov. d. tr.

d. tr. th. 46. Lindem. th. 9. D. Kremberg. d. l. n. 4. & sexcenti alii.
Dis. Hottom. 3. obs. 17. Anton. Fab. lib. 20. conject. c. 9. & quodammodo
Rittersh. d. pr. inst. Cujac. in parat. de O & A. & lib. 15. obs. 12. Giph.
in l. 51. de O & A.

10. Ratione CAUSÆ EFFICIENTIS, ex quo jure nem-
pè oriantur actiones? Dupliciter adcipi potest quæstio, nempè
PRIMÒ de ACTIONIBUS nostri juris Civilis Romani, SECUN-
DÒ quâ non in Romanâ Jurisprudentiâ tantum, sed in gene-
raliori vel communi aliquo jure quæstio proponitur; An ex
jure vel gentium vel alio communi jam profectæ fuerint A-
CTIONES? Quæ controversiæ cum sint omnino distinctæ, ex
confusione earundem non potest non fieri, ut summa inter in-
terpretum decisiones non exoriatur, & inde multiplicetur
confusio. Si itaq; controversia sit DE ACTIONIBUS NO-
STRI JURIS (cujus quæstionis propositio & decisio hujus
loci est, non verò alterius, de qua in thesi sequenti) res sic ter-
minari & componi debet, quod actio QVÆDAM sit ex mero
jure civili sive propriô, QVÆDAM verò ex jure communi ad-
probato profluens; Sicuti enim generaliter omne jus nostrum
est vel proprium vel ex communi adpropriatum §. JUS A. CIVILE.
I. f. de f. N. G. & C. L. 6. pr. & L. 9. pr. D. de f. & f. quâ de distin-
ctione suô tempore & loco fusilis agetur, & deinde sicuti Obli-
gatio & Contractus descendit vel ex jure civili proprio quales
sunt stipulatio literar. obligatio, & hujusmodi alia, vel ex
communi adprobato, quales sunt pleræq; conventionum §. 2.
Inst. de f. N. G. & C. L. ex hocjure. s. D. de f. & f. L. JURISGENTIÙ 7. pr.
& §. §. seqq. j. L. 6. D. de pact. cum similibus vulgatis. Idem de
delictis verum est L. Probrum 42. & ibi Gædd. n. 5. de V. S. Sicuti
itidem dominium quoddam civile, h. e. juris civilis proprii,
quoddam verò ex jure communi profectum naturale vel gen-
tium §. singulorum II. de Rer. Div. §. fin. Inst. de us. & habit. & pas-
sim alibi. Ita quoq; QVÆDAM à jure proprio & merè civili est
inventa & constituta Actio. Qualis indubie omnis illa est A-
ctio, quæ ex obligatione & contractu aut etiam delicto merè
civili descendit, ut puta actio ex stipulatu, Condictio ex lite-
ris, ex lege & ita porrò. Nam quomodo ex hisce posset un-



quam adseri, ex aliō jure nasci Actionem, ex quō scilicet aliō
jure nulla obligatio extitit? similis est ratio in Dominiō Civilī
proprio & multò magis, quod pro Dominiō aliquā ratione
saltem vel fictione juris reputatur, quale est in re usucaptā, cum
usucapio & longi temporis præscriptio verè sit modus adqui-
rendi ex jure civili d. §. fin. Inst. de us. & hab. j. pr. Inst. de Usucap.
ut proinde dubium non sit actionem Realem pro hujusmodi
dominiō, ex solō jure Civili dari, multò magis in re usucapien-
dā, nondum tamen verè usucaptā PUBLICIANA, vel in re
verè quidem usucaptā, pro usucaptā tamen cum effectu non
reputanda, uti RESCISSORIA ACTIO S. Rursus s. Inst. de
Action. l. pen. de capt. & post. rev. l. 15. pr. l. 44. §. fin. D. de usurp. &
usucap. cum similit. Quæ actiones nunquam possunt ex ullō jure
communi profici, cum jure illō communi nullum vel quasi
ut tale sit dominium, sed id demum à jure Civili ex Prætoris
jurisdictione promanaverit. E' contrario vero QVÆDAM A-
CTIO ita est nostri juris Civilis, ut à jure communi habili,
quod jam actionem constituit, quidem sit inventa, sed per ad-
probationem & adpropriationem juris civilis nostri facta. Ta-
les sunt plurimæ ex Contractib. ACTIO EMTI, LOCATI,
MANDATI, COMMODATI, PRO SOCIO, DEPOSITI &c.
Nam si ex illis contractib. firmæ jam ante jus Civile Romanū
ex jure gentium natæ sunt obligationes, in tantum ut in judi-
ciis jam ex iis cogi & adigi ut præstet debitū obstrictus, potue-
rit, sequitur certè, illas actiones jam ex jure gentiū constitutas, à
nostrō vero jure Civili adprobatas esse. Et hactenus verum est,
harū actionū causam PROPINQVAM ESSE JUS CIVILE,
REMOTAM VERO JUS COMMUNE GENTIUM. Sed si il-
lā distinctione etiā Actioni merē Civili, de quā suprà applicare
velis, tūm neutiquā procedit, ut proinde isthæc distinctio inter
causam remotā & proximā non sit omnium actionum, id est,
etiā Civilium propriarū, sed tantū illarum, quæ ex jure com-
muni in nostrum Civile per adprobationem adscitæ sunt. Quō
loci tamen & hoc notandum, posse non tantū jus Gentium,
sed & naturæ, vel divinum vocari recte Remotam causam.
Actionum, non quidem sic, quasi ex jure illo sive divinō, sive
naturæ aliqua actio nascatur vel data fuerit; Quod, uti mox
dice-

dicemus, fieri per rerum naturam ideo non potuit, quia ante judicium constitutum nulla unquam singi potest constituta vel data fuisse actio. Hæc enim actio semper & propriè illantum dicitur, quæ in judicio fit, ut s. th. 7. competenti loco re-
cte dictum est ex pr. Inst. de Act. At jure naturæ, quod omnes homines inter se æquales erant l. 32. de R. J. & quod homo homine tantum beneficio, non verò qualitate & distinctione personarum superior est, id quod suō loco firmius monstratum datū est, nullum unquam existere potuit judicium. Cùm, utimox dicemus in seq. thes. judicium demum in Politiâ vel à Politiâ institutum fuerit; sed eā tantum ratione, quā obligatio ex jure naturæ, & divinō profecta suit. Nam adhuc verum est ut ut actio ex illo ipso jure naturæ aut divino propter statum hominis æqualem dari & existere non potuerit, tamen cùm jam Politiam & Rempubl. constituerent, & ita inæqualitatem introducerent inter se homines, poterit in & ab illâ ipsâ Politiâ obligatio ex jure naturæ & divino, quæ honestate vel conscientiâ ad summum obligabat tantum, ita armari & confirmari, ut jam in eā Politiâ scilicet necessitate stringat & actio firmadetur. Et hoc modō etiam naturales obligationes æstimantur, quarum nomine actio aliqua competit. l. 10. de O. & A. l. 16. §. 4. de fidejuss. Talis est actio ex Constitutione D. Pii, ex obligatione pupilli sine tutoris auctoritate naturaliter & inefficaciter quondam, etiam in quantum locupletior factus esset, obligati l. 5. princ. D. de aut. tutor. Ita fideicomissa quondam nullō juris vinculō, sed pudore tantum eorum, qui rogabantur, continebantur, post D. August. verò paulatim crevit eorum obligatio, ut Prætor proprius crearetur, qui de fideicommissis jus diceret. pr. Inst. de fideicom. hæred. Ita donatio simplex quondam non perficiebatur consensu solo, Justinianus verò constituit, ut ex solâ conventione necessitas tradendi consideret §. 2. Inst. l. si quis argentum 35. princ. C. de donat. Ita pollicitationes promiscuè quondam non subsistebant aut obligationem firmam introducebant, sed in certis favorabilibus causis Imp. hujusmodi validas firmas & actionem producentes demum constituerunt l. 1. 2. & t. t. D. de pollicitat. & Gothofr. in d. l. 2. §. 1. ad verb. obligatio-

nes



nes eod. Hic tangendum de veterum interpretum tritâ illâ distinctione ACTIONIS in NATIVAM & DATIVAM. Dd. passim ad t. Inst. de actionib. Zas. in princ. eod. n. 8. cum seq. Quam etiam retinet & probat Bachovius Disp. 2. de Action. th. 18. p. 47. post med. & disp. 4. tract. 21. p. 156. Nam NATIVAM volunt illam esse, quæ habeat præexistentem sufficientem materiem, ex quâ nascatur actio, sive quæ sufficiens sit ad producendam perfectè actionem. DATIVA verò sit ea, quæ habeat quidem materiam aliquam, sed non sufficientem per se ad producendam actionem, nisi juvetur auxiliô quodam, nempe lege, peculiari, Constitutione Princ. Prætoris Edicto, Consuetudine. Ita Zas. d. l. n. 9. Unde Dativam procul dubio semper volunt esse condictionem ex Lege. l. un. D & C. de Cond. ex leg. Zas. d. l. n. 11. Tametsi alii sunt, qui velint DATIVAM planè non habere materiam, vel matrem obligationem, Jason & alii, quos tamen refutat Zasius, & rectius generalius statuit in omni actione etiam Reali generalius acceptâ suâ esse obligationem Zas. d. §. omniū. n. 13. circa princ. Inst. de Act. & d. pr n. 11. quod & suprà suo loco in definitionis explanatione adstruetum th. 9.

Verum enim verò cùm nullibi hæc distinctio, vel quò ad verba, vel quò ad res ex legib⁹ ostendi possit, meritò eam ut fictitiam rejiciunt Neotrici Duar. in l. 7. §. 1. D. de pact. & alii. Non quidem quasi verba à Prætore actionem dandam, de hac actione DATIVA velimus explicare; constat quippe & nativas sic fuisse à Prætoribus promissas & decretas, sicut omnes & ita etiam illæ fuerunt petitæ & impetratae. Rectè ita Bachov. in d. Disp. 2. th. 18. pag. 47. Sed potius ideo, quòd omnes omnino actions sint hoc modo DATIVAE, id est, à Magistratu pro sufficienti materiali & matre habita & constituta; Quin & ipsa Politia aut Respubl. & in eâ Magistratus Constitutio non est naturale vel innatum quid homini, ut talis sit, sed ex impositione & constitutione hominis omne, quodquod est, proficitur. Inde etiam in Politicis Actio non per se nascitur ex obligatione hâc atq; illâ & certâ, sed pro ut Respubl. vel Politiae ex communi utilitate vel ratione aliqua p̄bavit visum fuerit, ut pro obligatione validâ vel invalidâ habeatur. Argumento



mento est & hoc quodd & obligationem de jure naturæ alioquin validā & justā à Politia hac atq; illâ rejici aliquando videamus. Sicuti Græci illi furtum probabant, nonnulli homicidium, alii populi adulterium viliori pœnâ æstimant & prosequuntur uti notissimum. Et profectò jus commuue quodquod etiam sit, non obligat, quâ commune, sed quâ à civili adprobatum, & ci-
vile factum est. Ergò hac ratione omnis actio Dativa nulla
nativa. Quô de in conflitu fortassis latius & exactius, quam
hic pagella tenuis admittit.

II. Altera verò quæstio à priore diversa est, An scil. ex so-
lō nostrō jure Civili natæ fuerint omnes Actiones, an verò etiam aliquæ
sint juris communis, utputa juris Gentium? Atq; hīc mirè interpre-
tes etiam in hunc usq; diem variant. Nonnulli enim omnem
Actionem ex jure Civili promanâsse, inter quos etiam noviūs
est Hunn. ad Treutl. Disp. I. Alii verò è contrario juris Gentiu esse
actiones generatim & in Ideâ sumtas volunt, quo circa jus Ci-
vile quidem proximam, sed jus Gentium Remotam causam
vocant, ut exinde sequatur jure Gentiu etiam fuisse suas Actio-
nes, cum quibus facit Bachov. in Disp. I. de Action. c. 12. Alii origi-
nem vel materiam Actionum juri Gentium, confirmationem
& formam verò juri Civili adscribunt. Zas. ad pr. Inst. de Act. n. 3.
cū trecentis aliis. Quod si Jus GENTIUM de JURE POLI-
TICO & CIVILI GENERALI, cujus sint Actiones genera-
tim, intelligunt, tūm benè se res habet, uti recte eō sensu adpro-
bavit hanc sententiam doctiss. Dn. Sinhold/alias Schultz P.P.
Marpurg. Exerc. Instit. 20. th. 2. in pr. ubi tamen immerito in-
quodam nos rodit, ut aliquando ostensuri sumus. Quod si ve-
rò omne jus Gentium, & ita etiam ὁμογενὲς, intellectum ve-
lint, cum iis neutquam facimus. Nam, quod & nostrum jus
Civile probavit, & suum fecit excommuni, jus hoc Oecono-
micum & Domesticum, utut tribuat Patrifamilias aliquam
potestatem, qualis pro coercendâ continendaq; in suo officio
totâ domo satis sit, tribuat, tamen vix quis adstruet in eâ judi-
cium, quale exigit nostrum Civile Romanum, & quodvis Po-
liticum, verè esse, sed tantum prorsus analogicē & impropriè;
Indè etiam actio Patri adversus suos in negocio familiari vel

C dome-

domesticō non datur actio, sed animadversio vel coērcitio l. 17.
pr. D. de Furt. [Et patrum sicut & dominicum hoc jus Regium
vocatur, quod contradistinctum sit à jure Civili Arist. lib. 5.
Eth. N. c. 10. propterea quod filius cum patre sit idem §. 4. Inst. de
inutil. stip. cum similib. Arist. d. l. & quod manu regiā paterfami-
lias domum administret. Sicuti itaq; sub principium urbis Ro-
mæ sine lege certā, sine jure certō populus agere instituit, &
manu regiā omnia gubernabantur. l. 2. §. 1. de O. J. ubi nondum
formata fuit politia, adeoq; neq; certae leges, certae obligatio-
nes, certae actiones esse potuerunt; Ita quoq; in domesticā
societate vel domo nullæ actiones. Dixi: **JURIS CIVILIS**
GENERALIS, quod *Politicum* dicitur Aristoteli, & ita juris
Gentium illius, quod circa Politiam & Rempublicam occu-
patum est, esse actiones generatim, scilic. quia in Politicā de-
mum societate, Politia, Republicā sive Civitate, (ita quippe
Politici diversimodè pro re natā subjectum Politicæ vocari
consuevit) demum judicium conflatum & concinnatum est,
non prius vel in domo, vel etiam in homine, quā homo tan-
tum inspicitur; Neq; enim citius potuit ulla consistere vel
existere per rerum conditionem actio, nisi prius constiterit &
extiterit judicium, in quō jus scil. redderetur impenetrantibus id
justis medis, **ACTIONIBUS** nemp̄, uti eō etiam collimat
Bachov. Disp. 1. de Action. th. 7. Si autem fundatum esse debet
judicium, oportet ut vel maximè jurisdictione polleat, vel ab
eō, qui jurisdictionem habet, judex cum potestate detur, qui
in invitum etiam jus reddat, nullum enim est judicium, quod
in invitum reddi non possit. l. inter stipulantem. 83. §. 1. in fin. D. de
V. O. Judicium itaque, uti & jus ipsum Civile, tūm generale,
tūm unumquodq; individuale sic præscribit & ordinat actiones,
sic præviās omnes ejus obligationes, sive ex dominio sive
ex Contractibus & delictis, vel quasi etiam & omnes alias a-
ctionum causas, quæquæ dari dicantur, ut necessitate sint
stringentes; δύναμις ἀναγκαστικὴ compellentes ordinat, ut
vincula sint juris, ut sint necessitatis. Et sic Politicæ vinculum
obligandi vocatur Aristoteli δύναμις ἀναγκαστικὴ lib. 10. Eth. N.
c. ult. in fin. & hæc est virtus legis l. 7. de LL. Inde obligationes
vin-

vinculum juris dicuntur, quod necessitate adstringimur primit. Inst. de O. l. 3. pr. D. de O. & A. inde Contractus initio voluntatis ex postfacto vocatur esse necessitatis. l. sicut s. C. de O. & A. l. fin. C. ad SC. Vellej. l. 3. C. de Resc. emt. in tantum, ut si cogi quis non possit, vel collatâ conditione in voluntatem contrahentium, non dicatur obligatus, nulla stipulatio, nulla obligatio subesse dicatur. l. 13. C. de Contr. Emt. l. 17. l. 46 §. fin. j. l. 108. §. fin. de V. O. l. 7. in pr. de Contr. Emt. hinc actionem diximus ductam à coactione vel adactione, quod necessitatem subinde includat s. th. 4. Inde etiam executio, quae insequitur actionem ex sententiâ, manu militari & aliis mediis compulsionis fit l. qui restituere 68 pr. D. de Rei Vind. Quocirca tum quidem procedit collectio Bachovii, in d. Disp. l. th. 12. qui sequitur hâc in re alios, quos in Decadibus nostris Dec. 13. q. 1. notavimus, cuius juris sunt Contractus & obligationes scil. necessitate δύναμις ἀναγκαῖη stringentes, ejus etiam sunt Actiones; Ita quippe procedit res; Hâc enim sic formalâ majore, dubium nullum est, quin alia obligatio aliud negocium intelligi non possit, nisi quod ex vinculo juris procedit quod necessitatis sit, quod in iudicio persequi possimus, quod Magistratus etiam vi jurisdictionis & potestatis Politicæ in decernenda & exequenda sententiâ, & rejudicata facere possit, imò debet. Quod si ita Bachovius, si ita Sinhold / si ita Hœnonius & alii exaudiunt, benè se res habet. Verum si generaliter planè, quis adserere velit, ubi est obligatio, ibi quoq; oportet esse actionem, adhuc dicimus & recte falsam & ineptam esse conseqvutionem. Nam ex omnibus juribus & ita divinô & naturæ sua nascitur & producitur obligatio, quippe nullum jus est, quod non sit medium obligandi, in tantum, ut Lex quæ idem quod jus à ligando dicta putetur. Unde Seneca etiam scribit: Leges Philosophiae breves sunt, & omnia alligant, Epist. 94. Juris divini infinitas, juris Naturæ infinitas allegare possemus obligationes, sed illæ tamen non necessitate politicâ, δύναμις ἀναγκαῖη, sed honestate & conscientiâ ad summum obligant, uti aliquid hujus rei in Decadibus nostris jam adduximus, & porro fusiùs id facturi sumus in tractatu de Principiis juris.

Injuste itaq; nobis dicam hic scribit Sinhold/alias Schüss loco
allegatō aduersus nos contendendo, imò ab obligationibus ad
actiones validum esse Hoenonii & Bachovii argumentum.
Dixi jam, ambiguam & plura denotantem vel significantem
esse obligationem, id quod in jure etiam nostro Civili est in-
dubium, ubi etiam naturalis obligatio, quæ vel nullum habet
effectum, imò quæ reprobata est, à jure Civili dicitur obliga-
tio; quod hīc fusiūs non tango, monstratum hoc dedimus satis
in tract. nostro de Contractib. 1. cap. 2. §. 9. uti hæc nervosè hic
enodavit Ampliss. Dn. Præses.

12. Hinc à causa hac effidente Actiones dividuntur in
CIVILES & PRÆTORIAS. §. sed istæ. 3. Inst. de act. ubi
Dd. l. 25. §. 2. D. de O. & A. Quamvis autem verbo CIVILIS in
genere accepto, omnes juris nostri partes comprehendantur,
§. constat autem. 3. Inst. de J. N. G. & C. ita ut omnis actio largo
modo dici possit civilis. Schneid. hīc ad d. §. 3. Inst. de Act. num. 4.
In specie tamen hīc accipitur, uti in §. 1. Inst. de O. pro omnibus
partibus juris civilis in d. tit. Inst. de J. N. G. & C. enarratis, ex-
cepto saltem jure Prætorio, sive Honorario, §. 3. eod. quod fre-
quenter solet in jure nostro fieri. l. 7. l. 8. de Just. & Jur. l. 14. D. de
test. l. qui testamento 20. §. servus 7. D. qui test. fac. poss. l. nec ex præ-
torio. 27. D. de R. J. Forst. d. l. lit. b. Dn. Kremberg. ad d. §. sed istæ 3.
Inst. eod. Nec hoc caret in jure exemplo, ut verba pro subjecta
materia nunc latius, nunc strictius accipientur. arg. l. pecunia.
178. §. actionis. D. de V. S. l. 1. & 2. D. de adopt. §. 1. Inst. eod. l. 3. D. de
jurid. Proinde CIVILES, quæ & eodem sensu legitimæ di-
cuntur, l. qui servandarum. 14. §. final. D. de præsc. verb. sunt, quæ
vel ex l. 12. tab. ut de pauperie, arborum furtim Cæsarum &
aliam, vel Plebiscitis, ut L. Aquiliæ, aut Senatus Consultis, ut S. C.
Macedonianum & Vellejanum, sive Principum placitis vel Pru-
dentum responsis descendunt. Hi enim dicuntur Juris autho-
res. l. antiqui 3. D. si pars hæred. pet. l. quero 39. circa med. D. de act.
empt. l. Divi fratres 17. D. de jur. patr. conditores. l. furiosi 25. C. de
nupt. & jura constituentes. l. verbis. 120. de V. S. de quibus Cujac. lib.
7. obs. 25. §. constat autem 3. Inst. de J. N. G. & C. l. 7. D. de just. &
Jur. l. legitima de pact. l. actionum in fin. de O. & A. l. 14. §. final. D.
de

de præsc. verb. l. 1. si pars hæred. l. 1. de poss. hæred. pet. l. 1. in princ.
si quadr. paup. l. pœnales 32. D. ad L. Falcid. l. si plurium. 39. de
noxal. act. Dd. ad d. §. sed istæ 3. Inst. de act. Gædd. in l. 6. §. 1. n. 10.
de V. S. Diſſ. ex parte Forster. hic d. l. His etiam annumerandas
censemus actiones (neglecta communi sententiâ, cui adſti-
pulatur Schneid. n. 7.) Statutis aut ll. Provincialibus Ducum,
Marchionum, Comitum, aliorumq; statuum Imperii indu-
ctas. l. omnes 9. D. de Just. & Jur. §. 1. Inst. de J. N. G. & C. Du-
ces enim, Marchiones, Comites, Civitates Imperiales hisq;
non dissimiles, perpetuam non temporalem jurisdictionem
habent, imò in suis Ducatibus & territoriis, idem quodam-
modo possunt, quod Imperator in Imperio. Wesenb. in π. de ll.
n. 3. Andr. Knich. de Saxon. non proy. jur. verbo Ducum Saxonie.
cap. 1. n. 39. Gail. lib. 2. obſ. 57. n. 7. & lib. 1. de pac. pub. cap. 6. n. 10.
& II. Borch. in c. unic. quæ ſint reg. num. 8. Reink. lib. 1. claf. 5. cap. 1.
n. 55. & cap. 6. per tot. Prückm. in rubr. quæ ſint reg. cap. 4. n. 34. Ba-
chov. d. l. Diſſ. 2. th. 8. Forster. d. l. lit. c. q. 2. Würms. exerc. jur. publ.
3. q. 20. ut malè hodiè Prætoribus & Præsidibus Provincia-
rum comparentur nostri Principes & Status Imperii, uti vide-
re eſt, apud Heig. ad §. omnium. 1. Inst. de Oblig. n. 27. & ad d. §. sed
& iſtæ 3. Inst. de Ant. Forſt. d. l. Bachov. ad Treutl. p. 1. d. 3. lit. e.
Harpr. ad d. §. 3. eod. n. 3. 15. & ſeqq. Dn. Kremberg. ibid. & alii.

13. PRÆTORIÆ verò ſunt, quæ & honorariæ dicuntur.
l. actionum 25. in fin. D. de O. & A. quæ ex Magistratum, h. e.
Prætorum vel Ædilium Edictis seu jurisdictione æquo & bo-
no ſuadente, civilium actionum juvandarū & supplendarum
cauſa dantur l. jus autem 7. §. 1. D. de Just. & Jur. l. 1. §. 1. D. de
publ. in rem act. l. 3. D. rem pupil. ſal. fore. §. non autem. Inst. de perp.
& temp. act. t. 1. C. de Ædilit. act. §. 1. Inst. si quadr. paup. fec. Ædilitæ
enim prætoriarum nomine continentur §. Prætorum. 7. Inst. de
J. N. G. & C. §. omnium. 1. J. de Obl. l. 1. de V. O. §. Prætoriæ. 2. Inst.
de diviſ. ſtip. Cujac. lib. 8. obſ. 38. Sub quibus tamen non con-
tinentur, actiones ex jure civili promanantes, eoque constitu-
tae, à Prætore tantum approbatæ & in perpetuum edictum re-
latæ, ut actio commodati, petitio hæreditatis & ſimiles, quæ
civiles manent, licet Prætor de iis edicat. l. in commodato. 17. §. si-

cut l. i. D. commod. l. i. in princ. D. si pars hæred. pet. & l. 3. eod. Wesenb.
in π. D. de pet. hæred. n. 5. Heig. ad d. §. n. 2. Si autem actio à Jure Ci-
vili prodita à Prætore ad alios casus accommodetur, non erra-
bit, qui eam prætoriā dixerit. Sic rei vindicatio adversus possi-
dente Civilis est: si contra eum, qui dolo malo possidere desit
instituatur, Prætoria non malè appellatur. l. electio. 26. §. item si
2. D. de noxal. act. arg. l. jus autem civile 7. D. de Just. & Jur. Heig. d. §.
n. 4. Ratio diversitatū inter approbationem Juris Civilis & Præ-
toris est: Quia JUS CIVILE actiones juris gentium appro-
bando & confirmando, de novo quodammodo inducere &
constituere censetur, quoniam sine hac juris Civilis appro-
batione in foro Romano exerceri non possunt. At PRÆTO-
RIS approbatio tantam vim actionibus juris Civilis, cum et-
iam absq; hac approbatione Prætoris exerceri queant, non
tribuit, sed propterea tantum, Prætor suis edictis eas a ctio-
nes proposuit, ut Cives edicto admonerentur, & scirent quod
jus & de qua re dicturus esset Prætor & se præmunirent. l. 2.
§. eodem tempore D. de O. f. Giphan. ad d. l. actionum. 25. D. de O. &
A. n. 106. & seqq. Harpr. d. l. n. 8. & seqq. Rittersh. ad d. §. sed ista Inst.
eod. Schneid. ibid. n. 12 Lindem. d. l. th. 28. Forster. d. l. Dn. Kremb. d. l.

14. Ultraque Actio, sive ex jure Civili, sive Prætorio, vel
DIRECTA vel UTILIS est. Forster. d. l. lit. e. Bachov. d. tract.
Disp. 2. th. 18. Vocabulum autem Directa ab homonymia, quâ la-
borat prius liberandum, quam in definitione ponendum. Su-
mitur enim 1. in ea significatione, ut opponatur *actioni con-
trariae*, in iis scilicet contractibus, ex quibus alter primò jux-
ta naturam ipsius contractus, alter postea ex accidenti, eoquē
non semper obligatur, veluti ob damnum quod ex re ipsius al-
teri obvenit, vel ob impensas in rem ejus factas. Nam cum al-
ter v. g. ad restituendam rem teneatur, ei vicissim & contrà a-
ctionem dari æquum est, unde & appellatio nata videtur, ut
ex tutela, commodato, pignore, deposito, mandato &c. l. sin
autem. 20. de negot. gest. 2. Directa actio quatenus opponitur
præparatorie, veluti actioni ad exhibendum. l. 3. §. ibidem 13. &
l. si quis 17. D ad exhibend. 3. Dicitur directa actio, quæ ex deli-
cto servi ad æstimationem, detracta noxæ ditione contra
domi-

dominum datur, vel etiam contra ipsum servum manumis-
sum, & opponitur noxali, §. omnis 5. Inst. de noxal. act. l. electio 26.
§. 4. de noxal. act. eademq; ratione directa actio opponitur a-
ctioni de peculio & similibus. §. ult. Inst. quod cum eo. l. 3. §. 4.
commod. 4. Dicitur Directa, quæ datur in principalem, utilis
quæ in fidejussorem. l. 18. §. ult. l. 20. D. de jur. fisc. Quæ tamen
significationes alienæ sunt ab instituto nostro, secundum
quod describi solet DIRECTA actio, quod sit, quæ directo ex ipsis
verbis legis & juris constituti descendit, quando ea facti species se-
offert, de qua nominatim lex scripta est, aut actionis certa
proposita formula. l. ex legato 18. C. de legat. unde etiam nomen
fortita est, quod ad legis verba, aut formulam vulgarem actio-
nis directa & accommodata sit. l. Titius 25. §. Lucius 1. D. de lib. &
posth. §. cæterum. Inst. de L. Aquil ubi Dd. Bachov. Rittersh. Schneid.
Heig. Wiesenb. & alii. l. quia actionum 11. de præscr. verb. l. 27. de negot.
gest l. 14. ad L. Aquil. Dicitur in jure nostro PRINCIPALIS. l. in
commodato. §. 1. D. commod. USITATA ET VULGARIS. l. 1.
l. 2. de præsc. verb. l. 46. D. de hæred. inst. ORDINARIA, l. cum res. 5.
C. si alien. res pign. CIVILIS, l. interdictum 14. D. de prec. & deniq;
LEGITIMA nominatur. l. si ususfructus. 22. §. final. D. de aq. & aq. pluv.
arc. Etsi autem actiones Prætoriae cum actionib. ex jure civili, in-
troduced collatæ, omnes dicuntur utiles, ut appareat ex §. namq;
Inst. de act. l. ult. C. in quib. caus maj. in integ. Interim tamen,
quatenus jus Prætorium in se consideratur, actiones eo jure
expressis verbis introduced, nihilominus rectissimè directas
vocari posse, extra dubitationis aleam positum videtur. Hoc
enim arguit oppositio actionum utilium, quæ non ex verbis edi-
cti competunt: cuiusmodi est QVASI PUBLICIANA, l. nec
quasi 70. de rei vind. UTILIS HYPOTHECARIA, l. 1. in princ. l.
si Titio 22. de pignor. UTILIS INSTITUTORIA, l. 16. in fin. l. 19.
in princ. de Inst. act. l. pen. & ult. C. eod. l. 13. §. 25. de aet. empt. U-
TILIS DE CONSTITUTA PECUNIA l. 5. §. pen. de const. pec.
UTILIS SERVIANA, l. 1. C. de precar. §. item Serviana 7. Inst. h.t.
Necessum igitur omnino est, esse quasdam directas dictas,
argumento firmissimo à contratio sensu desumpto. l. 1. D.
de off. ejus cui mand. l. 18. de test. l. 20. §. 6. qui test. fac. Bachov. d.

th. 18



th.18. & Inst. ad §. final. de L. Aquil. Dn. Kremberg. ad §. omnium. n.
62. Inst. de act. Heig. ibid. n.1 Cujac. inl. jurisgentium 7. de pact.

15. UTILIS VERÒ ACTIO EST, quando lex de re controversa expressim scripta non extat, & ita nulla ejus rei nomine specialiter prodita est actio, quæ tamen æquitate aliqua, aut utilitate communi suadente ex mente præsumpta legislatoris per interpretationem quandam inducitur. l. quoties 21. l. quia actionum 11. D. de præsc. verb. l. curatoris. 17. C. de negot. gest. quasi utilitatis communis causa. l. cum quis s. §. si actori 9. D. de const. pec. ob æquitatis rationem. l. si res tuas. pen. C. ad exhib. l. alterius 20. in fin. pr. D. de tutel. & rat. distr. l. 1. in fin. D. de eo quod cert. loc. benignâ juris interpretatione. l. quoties 3. circa med. C. de donat. quæ sub. mod. vel cond. adversus strictam juris rationem introducta. l. pen. D. si quadr. paup. fec. dic. l. quia actionum 11. D. de præsc. verb. Dantur enim utiles regulariter deficientibus directis. l. 4 si communem. D. fin. reg. l. 7. §. si duo. D. comm. div. l. 8. §. si convenerit. ad S. C. Vellejan. l. 1. §. sed ex contrario 18. de exercit. l. 9. l. 13. D. de O. & A. l. 18. §. 1. de judic. & opponuntur directis l. 18. C. de leg. l. 3. D. de sent. pass. l. 13, ad L. Aquil. Utilis civilis probatur ex §. final. Inst. de L. Aquil. l. pen. si quadr. paup. l. 6. C. de transact. l. 46. de hæred. inst. Utilis verò Prætoria suprà thesi præcedenti satis probata fuit. Vaud. lib. 1. quest. 42. Bachov. ad d. §. final. Inst. eod. & d. th. 18. Fab. 4. conject. Forster. d. l. lit. f. Dn. Kremberg. n. 63.

16. RATIONE MATERIAE circa quam, ceu subjecti, si-
ve potius objecti, Actiones vel IN REM SUNT, vel IN PER-
SONAM, vel MIXTAE. §. omnium Inst. h. t. §. quedam 20. eod. l. ac-
tionum. 25. 64. l. actionis verbo 37. D. de O & A. l. 178. §. 2. de V. S.
Schneid. add. §. omnium. n. 2. ibid. Harpr. n. 2. Dn. Kremberg. n. 3. For-
ster. d. d. 1. th. 3. Wesenb. in π. de O. & A. n. n. Hillig. ad Donell. lib. 19.
c. 2. lit. f. Lindem. d. th. 14. 15. & seqq. Diß. Donell. d. l. Gædd, p. 3.
d. 9. th. 19. Bachov. de act. d. 2. th. 5. & ad d. §. omnium. Inst. eod. Actiones in rem uno verbo appellantur Vindicationes, item petitio-
nes: in personam condictiones d. l. 25. 28. D. de O. & A. §. appella-
mus Inst. h. t. Et quidem vindicatio dicta est à vindiciis, quæ ni-
hil aliud erant apud veteres, quam glebæ, quæ ex fundo in jus
vindicandi causa à possessionem petente afferebantur. Gell.
noct

noct. Att. lib. 20. c. 9. inde vindicare, idem ac liberare & afferere
rem quamlibet nostram de manu ac jure possessoris, quasi vim
dicamus ac denunciemus illi, qui jus nostrum in re aliqua im-
pediat. Treutl. p. 1. d. 15. th. 1. Wesenb. in π. de R. V. n. 2. Rittersh. ad
d. §. omnium Inst. eod. Sic actio hypothecaria vindicatio pi-
gnoris in l. 16. §. 3. D. de pignor. Hæreditatis petitio, in l. 8. de hæ-
red. pet. l. 1. §. 1. & §. ult. D. si pars hered. pet. vindicatio hæreditat-
is dicitur. Condictiones à condicendo, quod iis acturi non in-
jus ducere aut rapere debitorem solent more judiciorum olim
solenni, de quo vide Wesenb. in π. de injus vocand. n. 2. Cujac. obs.
lib. 10. c. 10. sed coram testibus condicere, h. e. denunciare diem,
ac convenire cum reo, qua die judicio sisteretur. §. appellamus.
Inst. de act. ubi Bachov. & alii Dd. Wesenb. in π. de reb. cred. n. 14.
Ratio verò hujus divisionis est, quia rerum, quas per actiones
petimus, duo sunt summa capita vel genera, in quibus secun-
dum juris nostri objectum continetur, DOMINIUM, vel aliud
aliquod jus dominio affine, & OBLIGATIO. Quorum ex
ILLO, Actiones reales, ex HAC actiones personales: Ex
quarum natura utraq; aliquid participantes, dicuntur actiones
mixtæ, quæ tām in rem, quam in personam sunt. §. quedam 20.
ibid. Dd. Inst. de act. Heig. ibid. n. 3. Bachov. & alii. l. item Labeo 22.
§. familie. 4. D. famil. hercisc. l. 4. §. 3. D. comm. div. l. 1. D. fin. re-
gund. l. furiosus 46. de O. & A. l. si quis 29. comm. divid. Wesenb. in π.
fam. hercisc. fin. regund. & comm. divid. Lindem. d. l. th. 17. Forster. d. l.
th. 3. lit. C. Dn. Kremberg. d. l. n. 6. Diss. Dd. variè hic. Harpr. in
d. §. omnium n. 6. Donell. n. 6. Anton. Fab. lib. 20. conject. c. 10. Bron-
chorst. cent. 4. ināv. adsert. 31. Quarum actionum singulares de-
finitiones ac divisiones subsequentes dabunt disputationes.

17. RATIONE FORMÆ, sive adjunctæ qualitatis, Actiones sunt, vel
STRICTI JURIS, vel BONÆ FIDEI, vel ARBITRARIÆ.
§. actionum 28. §. præterea 31. Inst. de act. ibid. Dd. comm. Etsi au-
tem ut in omnibus contractibus, ita etiam omnibus actioni-
bus bona fides, h. e. animus simplex, rectus, omniq; à frau-
de & versutia alienus omnino requiritur. l. si cum fundum 68.
in princ. D. de contr. empt. l. bonam fidem. s. C. de O. & A. l. si man-
datum 59. §. 1. l. idem 10. in princ. D. mand. l. si medicus 3. D.

D

de



de var. & extraord. cogn. l. quæcuq; 13. §. final. D. de publ. in rem
act. l. bonæ fidei. 109. de V. S. l. si servus communis. 61. § quod si sciens
D. defuit. l. dolum. 3. C. de per. & commod. rei vend. & mala fi-
des excluditur. l. pen. C. de inut. stipul. propter exuberantiam
tamen bonæ fidei, per excellentiam in specie quædam A C T I O-
N E S B O N A F I D E I dicuntur, l. s. C. de rest. vend. l. 31. D. depos.
l. 3. C. pro soc. Coras. lib. 2. misc. c. 8. n. 6. Cujac. lib. 8. obs. 10. Bachov.
d. tract. Disp. 6. th. 2. Heig. ad d. §. 28. n. 5. ibi q; Rittersh. Schneid. n.
5. Lindem. d. 1 th. 107. Idq; i. ratione formularum, quæ hisce
verbis concipiebantur & Judici à Prætore præscribebantur:
Ex æquo & bono, vel quantum æquum melius videbitur con-
demna. §. in bonæ fidei. Inst. h. 1. Cic. 3. off. Valer. Max. lib. 8. cap. 2.
Harpr. in d. §. n. 9. Vult. lib. 2. J. R. c. 4. n. 24. Quanquam autem
hodiè formulæ illæ sunt sublatæ, tamen eadem manet harum
actionum natura: ut scilicet in his non secundum formam li-
belli & petitam quantitatem strictè & præcise, sed ex bono &
æquo judicare & quanto æquius, melius rem æstimare ac de-
finire judex possit atq; debeat. Vel 2. ratione ipsius negotii, &
ex æquo & bono magis, quam stricto verborum intellectu
æstimatur: Ideò in his actionibus, alter alteri tenetur in id ex
b. f. h. e. æquo & bono præstandum, etiamsi nihil expressè de
eo inter contrahentes dictum vel conventum sit. l. 2. §. ult. &
l. 5. D. de O. & A. & in fin. tit. Inst. de oblig. quæ ex cons. l. & si quis
24. §. hac actio 6. D. de relig. & sumpt. fun. l. bona fides 31. in pr. de-
pos. l. si mandavero 22. S. Julianus 4. D. mand. Unde tantudem
in his judiciis officium Judicis valet, quantum in stipulationi-
bus nominatim ejus rei facta mentio vel interrogatio, uti in-
quit *Justus Paulus* in l. 7. D. de negot. gest. Atq; hoc modo bona
fides accepta, non in omnibus contractibus & actionibus, sed
in bonæ fidei tantum est, & attenditur. Ex contrario igitur
per oppositionem S T R I C T I J U R I S A C T I O vocabitur,
non eo modo, quo apud *Comicum* in *Heaut.* sumitur, aet. 4. sc. 5.
ubi inquit: *Jus summum, sèpè summam malitiam: vel ut Cic. 1. off.*
injuriam esse, sed in qua judex non liberam ex æquo & bono judican-
di potestatem habet, verum verbis conventionis omnino adstrictus
est, ut non in plus, nec aliud, quam verbis expressum à con-
trahen-

trahentibus est, reum, secundum naturam tamen isti actioni
a natura datam condemnare possit. l. quicquid 99. & l. si ita sti-
pulatus 126. §. Chrysogonus. D. de V. O. l. quia tantundem 7. de ne-
got. gest. l. præscriptionem 8. C. de except. l. final. §. ita tamen 1. C. de
compens. l. illicitas 6. §. veritas. D. de off. præsid. Plures qui cupit
inter has actiones differentias, adeat Dd. ad d. §. 28. & præser-
tim Mysing. n. 10. & seqq. Schneid. n. 19. & seqq. Harpr. n. 14. & seqq.
Et quidem tales sunt cæteræ actiones omnes, præter illas ac-
curatè à D. Justinian. enumeratas in d. §. actionum 28. Inst. eod.
Wesenb. ibid. n. 2. lit. b. Harpr. Dn. Kremberg. Cujac. II. obs. 38. Vult.
lib. 2. R. J. c. 4. n. 25. Forst. d. l. th. 4. lit. C. q. 1. Lindem. d. l. th. III.
Bachov. d. tr. th. 3. & 11.

18. Non solum autem hæc differentia actionum jure Ci-
vili sublata non est, quia illa tam in d. §. Inst. quam aliis plurib⁹
il. expressè pertractatur, & nullibi sublata legitur, cur itaque
stare prohiberetur. arg. l. præcipimus. 32. in fin. C. de appell. l. si quan-
do 35. l. sancimus 27. C. de test. l. 35. C. de inoff. test. Verum etiam,
eam jure Canonico sublatam putantes valde errare haud im-
merito Wesenb. d. l. asserit per c. cum Ecclesia. X. de caus. poss. &
propriet. c. final. X. depos. c. cum venerabilis. X. de except. Gœdd. d. tr.
de contr. stipul. c. 8. n. 23. Boc. ad l. contractus 23. D. de R. J. c. 2. n. 4.
Dn. Arum. d. Exercit. Inst. 18. th. 15. Forster. d. l. th. 4. lit. c. Heig. ad d.
§. Inst. eod. n. 9. Harpr. ibid. n. 49. & Dn. Kremberg. n. 32. Neque
ullo pacto privatorum tolli potest: Actionum enim modus
vellege, vel per Prætorem introductus privatorum pactioni-
bus non infirmatur. l. 27. D. de R. J. ubi Philipp. Matth. n. 29. l.
neg. pignus 45. §. §. 1. D. eod. l. 7. §. 16. l. 27. §. pacta. D. de pact. l.
pacta que contra. C. eod. Nec essentialia vel substantialia rei par-
tis destrui queunt. d. l. 27. de R. J. l. jus publicum. 38. [d. l. 27.
§. pacta. 4. d. l. 7. §. 16. eod. d. l. pacta. C. eod. l. cum precario. 12. D.
de precar. Non itaque existimandum cum Wesenbec. d. n. 1. clau-
sulam consuetam Notariorum stricti juris contractibus ad-
ditam: Alles trewlich vnd ohne gefehrde ex stricti juris contra-
cta, facere bonæ fidei, quod doli exclusio videatur obtinere,
vim bonæ fidei. l. hoc jure 152. §. f. de R. J. Quia ad dolum ma-
lum illa tantum pertinet removendum, illum scilicet abesse,

D e abfu-

abfuturumque esse demonstrat, fructus vero, usuras, cautiones & cætera emolumenta bonæ fidei actionum non comprehendit. At hoc ex stricti juris contractu, bonæ fidei neutiquam facit. l. si id quod. 22. v. sed ex dol. mal. clausula. l. stipulatio ista 38. §. si quis totum. 13. l. doli. 119. in princ. l. ex ea parte 121. cum simil. de V. O. Gædd. d. c. 8. num. 25. & seqq. Forster. d. l. Dn. Kremberg. d. l. n. 40. Harpr. d. l. n. 54. Hœn. d. 21. quæst. illustr. contr. 1. lit. b. Heig. d. l. num. 9. Dis. Wesenb. d. l. cum Bl.

18. ARBITRARIÆ sunt, quæ constituunt tertiam quandam speciem à superioribus duabus speciebus separatam & diversam. §. præterea 31. juncto §. actionum Inst. de act. Dum nec bonæ fidei actionibus ut quidam Dd. male crediderunt annumerandæ, quia ab iis expressè distinguuntur in l. 3. §. in iis quoq; D. de usur. Nec in numerum stricti juris actionum possunt accersi, ut falsò exinterpretibus quidam asserunt, ut Wesenbec. d. §. præterea. Inst. eod. in princ. & num. 4. Schneidv. n. 8. Vult. 1. J. R. c. 4. n. 50. Lindem. d. l. th. 129. Nam & ab his eas differre in aprico est, ex d. l. 3. & l. in actionibus. §. de in lit. jurand. ut latius hic deducunt Dd. Heig. n. 1. Harpr. n. 3. Borch. n. 2. Dn. Kremberg. n. 2. Coras. lib. 4. Misc. c. 12. Menoch. de arbitr. Judic. quæst. lib. 1. quæst. 3. num. 8. Dn. Arum. d. Exerc. 18. th. 12. Forster. d. l. th. 4. lit. d. Bachov. d. tract. d 7. th. 1. & 2. Suntque illæ, in quibus quemadmodum actori satisfieri debeat, non ex sola actionis natura pendet, sed ex judicis arbitrio: nec tamen libero, qualis est illa libera potestas in bonæ fidei judiciis, sive actionibus, sed potius sub quadam conditione, nisi is cum quo agitur, ad jussum & interlocutonem, quæ dicitur arbitrium Judicis, actori satisfaciat, veluti rem restituat, exhibeat & ex noxali causa servum dedit, eum condemnet. d. §. præterea. 31. ibi Dd. l. 2. D. quod cert. loc. l. arbitrio. in princ. D. de dol. mal. l. item si cum exceptione. §. nec cuiquam, cum §. seq. D. quod met. caus. Rittersh. ad d. §. Harpr. n. 4. Dn. Kremberg. num. 3. Ita enim arbitrium hic accipiendum esse, reçè monet Heig. ad d. §. num. 3. Duaren. num. 37. Coras. 4. misc. c. 12. n. 8. Dn. Kremberg. n. 12. & 13.

19. RATIONE CAUSÆ FINALIS actiones sunt, vel RE IPERSE-
CUTO-

CUTORIÆ, vel POENALES, vel MIXTÆ. §. sequens. 16. Inst.
h. t. ubi Rittersh. Heig. n. i. Harpr. n. i. Wesenb. n. i. Kremberg. ad §.
pœnales 12. n. i. Forster. d. l. th. 5. REI (quod verbum hic in oppo-
sitione pœnæ omne debitum pecuniarium, quod pœna non
fit complectitur. l. 5. & 23. de V. S. ubi Gædd.) PERSECUTORIÆ
sunt omnes actiones in rem, quibus persequimur, quod vel ex
patrimonio nobis abest, sive id nostrū sit, sive nobis debeat, sive
item actiones personales ex contractibus orientes ferè omnes.
§. rei persequendæ 17. h. t. l. in honorariis 35. D. de O. & A. l. in rem
23. in princ. l. officium. D. de R. V. l. unic. C. de sent. quæ pro eo quod
inter l. si commissa 13. D. rem rat. haber. Dd. comm. ad d. §. 17. Heig.
n. 3. Harpr. add. §. 16. n. 2. & ad §. 17. n. i. Lindem. d. l. th. 80. D. Krem-
berg. ad d. §. pœnal. 12. Inst. eod. num. 3. Bachov. Disp. s. th. 2. & seqq.
POENALES verò sunt, quibus pœnam aliquam maleficiis,
vel quasi à legibus propositam petimus. §. ex maleficiis 18. ubi
Dd. Rittersh. Bachov. d. l. th. 13. & seqq. Pœnam autem hīc intel-
ligimus legalem, seu à ll. constitutam, non conventam seu
conventionalem, à partibus in stipulationibus, præsertim fa-
ciendi adjectam, de qua in §. ult. Inst. de V. O. §. alteri Inst. de in-
util. stipul. l. ult. D. de præt. stip. MIXTAE ACTIONES sunt,
quibus partim rem, sive id, quod nobis abest, partim pœnam
simul ex quibusdam maleficiis persequimur. d. §. ex maleficiis. 18.
Inst. eod. Bachov. Disp. s. th. 17. & seqq. Proindè aliter hīc dicun-
tur actiones mixtæ, ac in actionibus, quæ partim in rem, par-
tim in personam sunt, de quibus suprà, quæ etiam dicuntur
judicia duplia. Tribus enim modis, sive respectibus actio-
nes dicuntur mixtæ. 1. Quia sunt partim pœnales, partim ve-
rò rei persecutoriæ, de quibus è vestigio egimus. 2. Dicun-
tur mixtæ, in quibus quilibet litigatorum est actor & reus, h.
e. in quibus non sic facilè discerni potest, quis sit actor vel reus.
3. Dicuntur, quia partim naturam realium, partim persona-
lium actionum sapiunt, cum ad reales & personales præstatio-
nes competant, de quibus etiam suprà egimus. Schneid ad §:
quædam actiones 20. Inst. h. t. ibi q. Rittersh. Heig. n. 4. Wesenb. in-
princ. Harpr. n. i. Bach. d. tract. Disp. 2. th. 3. & 4.

20. Denique ratione adjuncti scilicet temporis, Actiones sunt
vel PERPETUAE, vel TEMPORALES, t. t. Inst. de perp. &
temp. aet. ubi Dd. comm. Vult. 2. f. R. c. 4. n. 95. Et quidem olim
actiones, quæcunq; pficicebantur ex lege Consulari vel Tri-
bunitia, vel S. C. vel ex sacris Constitutionibus, unde condi-
tiones ex lege. l. unic. D. de cond. ex leg. t. t. C. eod. perpetuò so-
lebant antiquitus competere, sicut leges ipsæ, uti hic loquitur
Imperat. Qualis enim causa talis effectus, l. 4. de f. & f. l. 12. de stat.
hom. Donec sacræ Constitutiones tam in rem, quam in perso-
nam actioni certos fines 30. vel 40. annorum dederunt. Imper.
in princ. d. t. l. 3. 4. 7. 8. l. ult. & passim. C. de præsc. 30. vel 40. annor.
l. i. C. de annal. præsc. auth. quas actiones C. de S.S. Eccles. vel quarū
vita in æternum extenditur, ut quæ pertinet ad regalia. l. com-
petit 6. C. de præsc. 30. annor. quæ tantum tempore immemoriali
moriuntur. l. 3. §. ductus aquæ. 4. de aq. quot. & æst. c. super. 24. §. 1.
de V. S. Quæ licet absolute non possint dici perpetuae, respective
tamen & quidem respectu aliarum, quæ tam diu non vivunt,
illud nomen illis attribui potest. Forster. d. th. 6. Vult. ad d. pr. n. 5.
TEMPORALES verò sunt adhuc hodiè pleræq; pœnales, quæ
ex propria Prætoris jurisdictione pendent, quales plerumque
intra annum utilem vivebant, l. i. §. annus. D. de vi & vi arm. Ratio
additur ab Imperatore ipso in d. pr. Inst. quia & ipsius Prætoris
intra annum erat imperium, alias rationes vide apud Forster. d. l.
th pen. in fin. Harpr. ad d. t. n. 8. Item quædam biennales, ut est a-
ctio de dolo, vel quinquennales ut est actio de inofficio testa-
mento & actio de adulterio. l. adulter. 5. C. de adult. De quibus
omnibus consulendi Dd. ad d. t. Wesenb. n. 3. 4. & 5. Schneid. n. 4.
Harpr. n. 4. 5. & seqq. Rittersh. ibid. Heig. n. 10. Lindem. d. l. Nos
hic filium abrumpentes, his paucis in genere rudi Minerva &
pro re nata pertractatis contenti sumus, itaq; Deo lau-
dem attribuentes hac vice claudite jam rivos
pueri sat prata biberunt.

COROL:

COROLLARIA.

I.

Feuda Regalia aliquo modo Imperio aperta, Imperator alteri denuò conferre non potest, sed Imperio incorporare & ad publicum patrimonium referre debet, secundum capitulationem CAROLI V. apud Sleid. lib. I. in fin. ferè artic. capit. 24. & seqq. Impp. ut & moderni Imperat. FERDINANDI II. capit. art. 28. Limn. de jur. publ. tom. I. lib. I. cap. II. n. III. & seqq.

II.

Qui Collegii cuiusdam Philosophici membrum est, necamen Philosophia Magister existit, Decanatus honore frui & alii Magisterii insignia & titulum recte conferre potest, ut verè intrepidè statuit Dn. Besold. lib. I. Polit. cap. 12. n. 42.

III.

Hinc recte gaudens Doctoris gradu in superiori aliqua facultate, potest Philosophia Professor esse, etiam si Philosophia Magister non sit promotus, sive statuto tantum Magistris hoc privilegium sit concessum, sive non, per ea, quæ tradit Matth. Steph. lib. 3. de Jurisd. p. 2. c. 14. n. 58. & 87. & Besold. d. l.

Ad Præstantissimum & Literatissimum

Dn. Respondentem

DE ACTIONIBUS.

CAROLE, cognomen cui nobile cessit ab HAGEN,
Eximis animi nobilitate bonis,

CARO.

CAROLE, qui magni vestigia clara Parentis
In studiis mirâ sedulitate premis,
Dum te Juridicam toties animare cathedram
Conspicio, & tecum conspicit alma Themis,
Illa tibi digitis est visa parare tenellis
Serta, tuum possit queis decorare caput.
Serta parat, nullo perimet quæ marcor in ævo
Serta parat, nullo quæ moritura die:

gratulat. amicæ ergo

f.

JOHAN. GERHAD. D.

Non quoniam extremum scabies tandem occupat,
(inter

plura quidem series hæc solet esse frequens)

ACTIO PERSONIS REBUS q; subinde locatur
ex methodo Juris posteriore loco;

Sed quia prætellit reliquas ex pluribus; ànþn
Hæc Rerum figi constituivè solet.

Laudo propositum, qui tentas summa, supremos,

[Magna velut Magnos] non nisi summa decet

Summus eris summis fulsurus honoribus olim,
qui nunc & summâ summus es arte valens.

deprop.

adfect. grat.

Valentinus Riemer D.

F I N I S.

94 A 7360

94 A 7360

ULB Halle
002 381 974



3

56.

VDT 77

spiritu sancto et regnante

omnes et omnia in glorio

deum nomen dicite et audite

A.

B.I.G.



DISPUTATIO JURIDICA

De

ACTIONIBUS

P R I M A,

Quam

In nomine Dn. nostri JESU

CHRISTI

Permissu Magnifici, Nobilissimi & Amplissimi Collegii
Juridici in Academia Salana,

SUB PRÆSIDIO

VIRI Amplissimi, Excellentissimi & Consultissimi

DN. VALENTINI RIE-
MERI, JCti ET ANTECESSORIS CELEBERRIMI,
CONSILIARI Saxonici DIGNISSIMI, ET SCABINATUS
Jenensis gravissimi, Præceptoris, Fautoris ac Promoto-
ris sui omni debito observantæ cultu
ætatèmsuspiciendi,

Publico examini exponit

CAROLUS vom Hagen MEGAPOL.

*In Auditorio factorum horis anteme-
ridianis.*

Ad diem 11 Maij.

JENÆ
TYPIS ERNESTI STEINMANNI,

ANNO MD XXXIII.

